Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



435

Unde ille placeas ab illo habes; Et adorabunt eum filiae tyri in muneribus; Ipsum
regem tuum domum adorabunt filiae tyri in muneribus; filiae tyri filiae
gentium; a paste totum terrarum uicinam tunc huic terrae. Ubi pphetiae erant
significantes gentes credituras xpo. Unde erat illa chananea quae primo canis e
appellata; Aut noueras quia inde erat. Euangelium sic loquitur; secessit
in partes tyri et sidonis. Et ecce mulier chananea de finib: illis egressa. Et quae
ibi narrantur quia primo canis erat apud patrem suum et in populo suo.
sed dum amando et uenendo adistum regem. de conuersa credendo in illum
quim erat audire; O mulier magna est fides tua concupiuit rex speciem tuam.
Adorabunt eum filiae tyri in muneribus. quibus muneribus sic ad seuult uenire
rex iste. thesauros suos implere uult. et ipse donaut unde impleantur et uobis
implentur; Uenite in muneribus inquit adorent eum; Quid est in muneribus
inquit adorent eum. quid est in muneribus; Nolite uobis condere thesauros
in terra ubi tinea et rubigo exterminat. et ubi fures effodiunt et furentur;
sed thesauri ite uobis thesauros in caelo. ubi neque fur neque tinea corrumpit;
Ubi enim fuerit thesaurus tuus. illic erit et cor tuum; Venite cum muneribus
date elimosinas et omnia munda sunt uobis; Uenite cum muneribus ad eum. qui
dicit. misericordiam uolo quam sacrificium; Ad illud templum quod erat antea
figura futuri. uenebatur cum taurus et arietibus cum hircis. cum diuersis quibus q:
animalibus apris ad sacrificium. Et in illo sanguine aliud fiebat. aliud significa
batur. modo iam ipse sanguis quem figurabant illa omnia uenit; Venite rex
ipse. et ipse munera uult; quae munera. elimosinas; Ipse est enim iudicaturus
et ipsa munera imputantur quibus dat; Venite benedicti patris mei percipite regnum
quod uobis paratum est ab initio mundi; Quare. Esuriui et dedistis mihi manducare.
sitiui et dedistis mihi bibere. nudus et uestistis. hospes et adduxistis. Infirmus
et in carcere et uisitastis me; haec sunt munera quibus adorent filiae tyri regem;
Quia cum dicerent quando te uidimus. ille qui et sur fuit et deorsum properascen
dentes. Cum inquit ex minimis meis fecistis mihi fecistis; adorabunt
eum filiae tyri in muneribus; Et quae sunt filiae tyri. et quomodo adorabunt
illum in muneribus; planius illud uolunt dicere. Uultum tuum deprecabuntur
diuites plebis; haec filiae tyri adorent es in muneribus: Diuites sunt plebis
quos ille adloquitur amicus sponsi; Praecipe diuitibus huius saeculi. non
sup be sapere neque sperare in incerto diuitiarum. sed in deo uiuo qui prestat
nobis omnia habundanter ad fruendum. Diuites sint in operibus bonis. facile
tribuant et communicent adorent in muneribus: sed ipsum dent; securi ponant